229. γ) Quod offendit Piccolom. l. c. p. 1234. δ) Hofman. c. Inst. Med. s.  
2. c. 4. p. m. 33. Vulgò dicunt, est una, sed composita, Quod non capio. Vide  
Zanard. l. c. p. 241.

§. 13. Quas vero qualitates alii numero easdem, has in NO-  
NA opinione numero distinctas, in temperamento servari docue-  
runt Thomistarum nonnulli ε); Sed minus hæc habere probabilita-  
tis videtur; quod n. dicitur, numero distinctas servari, illud vel a)  
subjectivè, ut respiciant propria harũ qualitarum Subjecta, vel b)  
Objectivè, prout in temperamento qualitates illæ concurrunt, cupi-  
unt intellectum. Si PRIUS 1) turbidam ex turbido fonte hauriant,  
scilicet ex sua hypothesi ζ), elementa etiã, cum suis qualitatib9  
antequam in mixtis coeunt, in materiam primam resolvi, atque  
sic ex illa tam elementa, quàm illorum qualitates, numero distin-  
ctas produci, opinantur. At quomodo 2) remissionem illarum  
qualitatum concedere possunt, si novarum productionem indu-  
cunt? Aut si, quod omninò faciunt, cõcedunt; quomodo 3) ex illa-  
rum remissione (cum hoc modo eadem, eidem Subjecto insepa-  
rabiliter inhæant) numeralè statim earundem distinctione in-  
ferre poterunt? SIN verò amplectuntur POSTERIUS: 1) Nulla erit  
qua-

lino



qualitatum unio<sup>o</sup>), 2) nulla resultabit qualitas media ac moderata una, sed compositio 3) & juxta positio, qualitatum integrarum, cui supra abnuimus, denuò induceretur. Et 4) perpetua ac pertinacissima semper esset in mixtis pugna, justòq; citius celeraretur eorundem interitus; quod tñ. vel in solis homogeneis secus esse experimur.

2) Citantur in hanc sententiam Hervæus in Tract. de plural. form. Soncin. l. 10. Metaph. q. 27. & Javell. in pres. quest. 4. à Zanard. l. c. ultimo p. m. 239. a. Nec ipse D. Thomas in 3. dist. 4. q. 3. a. 2. ad 1. alienus ab ea judicabitur. Vide Piccolom. l. c. c. 18. p. m. 1244. 3) Vide Abra D' Racon. in Phys. Tr. 1. disp. 2. s. 1. a. 1. punct. 4. p. m. 12. Ubi Thomam 1. q. 76. a. 6. Durand. 1. sent. Dist. 8. q. 4. & Cajetan. in hanc nassam pertrahit & irretitos capit. p. 13. it. Marsil. l. 2. de Gen. à Zabarell. l. 2. de Elem. qual. c. 6. p. 330. 4) Vid. Piccol. l. c. p. 1245. & Zanard. part. 2. de Univ. Elem. q. 42. p. m. 107.

#### THESIS V.

SUBJECTUM Temperamenti proprium, est corpus mixtum.

Ex 9. 19.

§. 1. Meritò namq; ibi quærimus primarum qualitatum con-  
temperationem, ubi propria ipsarum subjecta, videlicet elemen-  
ta reperimus unita & mista 9). Verùm cum corpora mixta, non  
eosdem sint consecuti perfectionis gradus, sed alia sint imperfectè  
tantùm, alia perfectè mixta; Horum quoq; alia homogenea, alia  
heterogenea 1). Videndum itaq; in quibusnam, vel in quibus præ-  
cipuè, & an in omnibus temperamentum subjectetur.

9) Porphyr in Isagog. c. 17. §. 2. Commune est proprio & accidenti insepara-  
bili, sine his ea non consistere, in quibus spectentur. 1) Aliàs distinguntur  
perfectè mixta in primæ, ( quæ immediatè ex elementis ) secundæ, ( quæ  
similarium est ) & tertiæ ( quæ dissimilarium ) compositionis, ansa sumta  
ex Arist. l. 2. de part. an. c. 1. Vide Zeifold. l. 2. Inst. Phys. 2. a. 2. p. m. 418.

§. 2. Dubiū eq; idem est multis, utrum in imperfectè mixtis corpo-  
ribus qualia sunt & dicuntur *meteora* 2)? Et sanè non possunt non  
in negativam abire illi, qui vel *meteora* corpora esse negant 2) vel  
imperfectè mixta ex eo dicunt, quod ex aliquibus saltem elemen-  
tis, non ex omnibus sint conflata. Quomodo namq; quatuor primæ  
qualitates contemperabuntur, si non omnes adsunt? Quomodo  
omnes aderunt, si quarundam absunt propria subjecta? At cum  
ex Aristotelis doctrina, nullum corpus mixtum absq; quatuor ele-  
menro-



3  
mentorū concursu produci possit, aliæq; subsint causæ, ) quas propter imperfectè mixta meteora audiunt, nihil prohibet, quo minus in meteoris etiam temperamentum quæramus & reperiamus. Quamquam hîc pro miscibiliū unitione & coitu, qualitatū quoque contemperationem, & temperamentum velimus æstimatum.

æ) Inficiatur expressè Fernel. l. sap. c. p. 65. λ) Utifaciunt Kyper. Tom. 2. Inst. Phys. Lib. XI. c. 1. p. m. 577. Sperling. l. 5. Inst. Phys. q. 1. p. m. 892. sup. Zeifold. l. c. p. 419. µ) Vid. Arist. l. 2. de Gen. & Corr. c. 8. Connimbr. Com. in h. l. l. 3. Phys. c. 1. & l. 1. Meteor. c. 1. 2. seq. Vid. etiam Magir. l. 4. Physiol. c. 1. p. m. 136. ν) Scil. vel a) ab imperfectam mixtionem, vel b) ob subitam ex isthac mixtione resolutionem Vid. Magir l. c. p. 236.

§ 3. Perfectius v. mixta, temperamentum quoque; obtinere perfectius, non inficiabitur quispiam. Et cum mixta homogenea, qualia sunt aurum, argentum & c. nervi, cutis, spiritus, partes habeant ejusdem rationis & essentia cum toto ξ), hanc mixtionis qualitatem unam ac mediam, ut maximè sibi propriam vendicant, & plurius decreto possident plenius o).

ξ) Vid. Arist. l. 4. Meteor. c. 8. & c. 10. o) Vid. Piccol. l. c. c. 18. p. 1245. f. Horst. l. 2. Phys. Inst. s. 2. c. 5. p. m. 118. temperamentum proprie de mixtis homogeneis dici, Sennert. l. 3. Phys. c. 4. p. 267.

§ 4. In mixtis etiam heterogeneis temperamentum esse, per Sphum 2. hujus thesios potest esse indubium; unum verò an multiplex sit, nonnullos adhuc tenet ambiguos π)? Etenim cum heterogenea mixta partibus consent diversæ naturæ ac essentia, uti in plantis, animalibus ipsorumque partibus, ramis, membris & c. est videre e], non apparet, cur non multiplex potius, quam unum, & tot quidem temperamenta, quot partes dissimiles statuuntur, neque ignota est Medicorum doctrina, aliud in animalibus esse cordis, aliud cerebri & c. aliud in plantarum partibus aliis σ) esse temperamentum. Ast ubi 1) egregiam temperationem in hujusmodi mixtis spectamus harmoniam, quæ partium temperamenta, ad totius conservationem conspirant; 2) temperamentum totius heterogenei & commune, à partium temperamentis, ut propriis distingvimus; & 3) commune temperamentum in sede sua propriissima, totique corpori communi spiritibus nim. & calido innato, (quæ per totum heterogeneum tanquam consimilis naturæ partes, sese diffundunt) intuemur, non possumus non, unum quoque totius heterogenei temperamentum agnoscere τ).

C

π) Expe-



\*) *Experient. Senn. l. c. p. 25. & in Phys. p. 267. triplex propterea in homine fa-  
 citur temperamentum unum corporis, alterum viventis, tertium influens. Dubit at-  
 etiam Piccolom. l. de mixt. c. 18. p. 1245. e) Vid. Arist. l. 4. Meteor. c. 10.  
 \*) Vid. Medicos plerosq; de Temperamentis partium; Sennert. l. 5. Inst. part.  
 1. s. 1. c. 3. seq. impr. Zanard. de univ. Parv. mixt. Hom. q. 2. 3. 4. seq.  
 \*) Vid. Piccol. l. c. huc inclinantem, & impr. Wechtler. l. 2. Hom. Or. & Occ.  
 Disp. 7. Diff. 10. p. m. 168. qvè prolixè id ostendit & Excell. Sennerti tri-  
 plex in homine temperamentum refutat.*

§. 5. Liqvet proinde, unicuique corpori mixto temperamen-  
 tum, tanquam affectionem propriam competere, & ita inesse, ut ex  
 æquò se mutuò ponant tollantve \*); & nullum sit in rerum natu-  
 ra corpus mixtum, quod suo non gaudeat temperamento, nec  
 ullum temperamentum, quod non insit corpori mixto. Tantum  
 igitur abest, ut gloriosa beatorum corpora, CHRISTI SERVA-  
 TORIS, & Protoplastarum nostrorum huc excludamus, ut perfe-  
 ctionalia potius eadem faciamus temperamenti præstantissimi,  
 subjecta φ).

\*) Arist. s. Porphy. c. 4. Isagog. s. 6. & c. 9. §. 6. φ) Vide hic Abra-  
 Racon. In Phys. Disp. 4. de mixt. s. 2. q. 1. p. m. 168. Wechtler. l. c. diff. 8.  
 p. m. 166. Petr. de Peramato l. 1. de Temp. c. 8. Sengverd. Exerc. 1. Phys. p.  
 m. 8. & l. 3. Intr. Phys. c. 6. p. 300. Eustach. à S. Paul. l. c. p. 138. Col-  
 leg. Complut. disp. XII. q. 1. §. 2. p. 182. & impr. Connimbr. l. c. p. 446.

§. 6. Collectu etiam exinde erit facillimum, nulla corpora sim-  
 plicia, ut cælum, stellas, elementa, capacia esse temperamenti  
 subjecta χ), quippe quæ suis dotibus contenta, disidentium qua-  
 litatum non expetunt, aut certè non colunt conjugium; Neque  
 illud nisi in sensu latiori & analogico erit capiendum, quando vel  
 aëri, vel quatuor anni temporibus certam temperiem & tempe-  
 ramentum tribuunt naturæ periti ψ). Mirari iccirco subit, quæ ra-  
 tione persuasus Alstedius ω) in corporibus cælestibus non tantum  
 temperamentum cum suis Chymicis, (quos noverit ipse) depræ-  
 dicarit; sed illud etiam ipsum quod ad pondus est, in ipsis sit ad-  
 miratus.

\*) Vid. Zeifold. l. 2. Inst. Phys. p. 397. aliosq; Nihilominus Elementa  
 temperamenti subjecta fuisse culpatur Gardinius à Fortun. Plem. l. 2. Fund.  
 Med. c. 1. m. 33. §. ψ) Quæ aëri & quatuor anni temporibus competat di-  
 sputat multum Galen. l. 1. de Temp. c. 4. p. m. 40. & Medici passim. Vide inte-  
 rim Sennert. l. 2. Inst. Med. part. 2. c. 2. p. 198. seq. Kyper. l. c. l. 4. c.  
 12. p. m. 116. & prolixè Connimbr. l. c. q. 5. a. 1. p. m. 466. seq. Zanard.  
 part. 2. Univ. Elem. q. 54. p. 121. Sed rectè Avicenn. in Cant. tr. 1. §. 24. anno-  
 tat, secundum opinionem & existimationem eos loqui. Non cessat inquit, in eo-  
 rum & modis investigandi subtilis, ω) In Encyclop. l. c. p. 3. Phys. c. 2. p. 455.



3

THESIS VI.

CAUSA EFFICIENS Temperamenti *proxima est,*  
*mutua primarum qualitatum actio & passio.*

"Exsecis.

§. 1. Elementares enim qualitates, cum *ingenitas* ad invicem habeant *contrarietates*, altera alteram in mixtionis opere evertere & destruere conatur, ac proinde *mutua pugna* tamdiu concurrunt, agunt reaguntq; <sup>a)</sup>, donec *depositis* quibusdam contrarietatum *gradibus*, à dissidiis illis extremis recedant, inq; *unam* aliquam *qualitatem mediam*, tanquam actionis *mutuæ terminum* coëant & uniantur <sup>β)</sup>.

a) Vid. Aristot. l. 1. de Gen. & Corr. c. 10. tx. 88. seq. & l. 2. c. 2. t. seq. β) Ita pleriq; nostræ sententia faventes Respice ad Thef. 4. §. 4. Disp. nostræ. Quibus junge Clariss. Scharf. l. 3. Phys. c. 3. Axiom. 7. p. m. 721. & Axiom. 7. p. 826. Zeifoldum l. 2. Inst. Physic. p. 399. 405. 508. Impr. Thom. Erast. l. c. p. 39. per actionem passionemq; mutuam & quandam quasi penetrationem s. confusionem gignitur *Temperatura*.

§. 2. Verum non omnium hoc assertum satisfacit salivæ; malunt namq; alii *solam qualitatum conjunctionem*, causam efficientem hîc constituere <sup>γ)</sup>. At si quam, certè hîc *nullam aliam*, quam quæ *in causa* s. conditione *sine qua non est*, reperient *causalitatem*; Nullum equidem temperamentum nisi primarum qualitatum fiat conjunctio, potest constitui; Sed temperamentum actutum exurgere, ubi illarum contingit *congregatio*, nondum hactenùs annotarunt naturæ peritiores.

γ) Quod placet Clariss. Sperling. l. 6. Inst. Phys. c. 3. Ad præcept. 1. p. m. 1037. cui propterea crucem figit, Laud. Zeifold. l. c. l. 2. Inst. p. m. 408. eumq; prolixius refutat.

§. 3. Illis vero ipsis, quando perinde ac in elementorû mixtione, ita in temperamenti quoq; *constitutione*, formam tanquam causam *Principalem & directricem* ponunt <sup>δ)</sup>, non acriter nos impræsentiarum opponemus. An verò *eandem* utrobique agnoscere possint *rationem*, & an *proximam* eo ipso, verèq; *Physicam causam* attingant, assignentq; videant ipsi, judicent alii.

δ) Existit hujus etiam opinionis, cum suis sequacibus Patronus, Excell. Sperlingius uti patet, ex collat. c. 1. l. 6. Inst. Phys. præcept. 1. & q. 2. p. m. 1010. & c. 3. p. m. 1056.

THESIS VII.

FINIS Temperamenti & EFFECTUS est, *ut mixtum suas obire ritè rectèq; possit actiones.*

C 2

"Exsecis.

Li 30





§. 1. *Forma* scilicet *instrumentum*, natura architectrix, *temperamentum* efformavit, quo non tantum ad domicilii sui, corporis videl. *mixti*, ejusque partium *vigorem* atque *florem* conservandum uteretur <sup>e</sup>), sed *quicquid* etiam *opera* & *actionis* in corporibus mixtis moliretur ac susciperet, illud *temperamenti* ope atque *usu* perficeret, præstaretque <sup>z</sup>).

<sup>e</sup>) Wechlerus l. 1. *Hum. Or. & Occ. Disp.* 7. p. m. 159. In tempera sanitas animalium, vigor vegetabilium, & optima mixtorum inanimatorum habitas. Vid. Sennert. l. 1. *Inst. c. 3. p. m. 12.* & alibi, Henric. Regium l. 4. *Phil. Nat c. 3. p. m. 236.* Pulchritudinem quoque corporis conciliare prolixè probant Connimbr. l. *sep. c. 3. a. 2. & 3. p. m. 456.* Zannard, *Part. 2. Univ. Elem. q. 45. p. m. 109.* <sup>z</sup>) Vide præter citatos Riverium l. 1. *Inst. Medic. s. 2. c. 3. p. m. 19.* omnes inquit, omnium rerum functiones pendunt à temperamento.

§. 2. Neque enim *mutationes* ullas, vel *corruptiones* vel *alterationes* subire, *generationes* & quascunque *functiones* perficere, corpora *mixta*, ut *talia*, in naturæ hac officina, arbitrandum est, in quibus *temperamenti* non utantur ope, ejusque adjuventur *opera*. Ab hoc *odores*, *sapores* & *colores* etiam, (juxta nonnullos) effici & diversificari dicuntur <sup>n</sup>): Hujus virtute terram *pluvia* & *nix* <sup>o</sup>) fecundare, alias *vires* aliæ *herbæ* exerere, alia *animalia* alia *actionibus* antecellere creduntur, ut eqvo *eqvus* exinde sit *celerior*, & *agilior* homine *homo* <sup>x</sup>).

<sup>n</sup>) Vid. Galen. l. 1. *de usu part. c. 9. p. m. 425.* & Piccolom. in *Phil. Moral. gr. 1. c. 30. p. m. 129.* Clariss. Scharf, l. 3. *Phys. spec. c. 2. p. m. 725.* & *Axiom. 9. p. 727. seq.* Timpler, *cap. 7. Phys. Gen. q. 5. p. m. 108.* & l. 4. *Spec. c. 8. p. m. 285.* <sup>o</sup>) Vid. Coll. Conimbr. *Com. in lib. Meteor. Arist. Tract. 7. c. 5. p. m. 66.* & impr. Thomam Bartholin. *de nivis usu c. 2. p. m. 8.* & c. 3. p. 12. *seq. prolixus est, de nivis fecunditate & usu ejus medico x*) Riverius l. *jam c. p. m. 19.* Propter functiones alia temperies homini necessaria est ad suas functiones, alia leoni, alia eqvo & c. Vid. Zannard, l. c. q. 43. q. 44. & Lib. *de univ. parv. Mixt. q. 1. 2. 3. seq.*

§. 3. In Galeni <sup>λ</sup>) tamen castra, qui *mores* & *morales* hominum *actiones*, *temperamentum* sequi docuit, non transimus; Ipse siquidem, ex limatissimo Piccolominei <sup>μ</sup>) iudicio, *corporibus intentus*, circa ea quæ sunt *supra corpus*, se cæcum manifestavit. Certum equidem omninò est, per plures in hominibus, inque diversis *diversas* à temperamento *diverso*, profluere *propensiones* atque *inclinationes*, quibus





3.

bus veluti stimulis in *perturbationes*, animi affectus aguntur, abripiuntur, & non rarò etiam ad *actiones morales* ex his resultantes, pro temperamenti varietate & assuetudine excitantur & impelluntur. Sed *adeqvata* actionum moralium omnium *causam*, temperamentum constituere, vel ex eo statim iudicabitur *inconueniens*, quod virtutum atq; morum, tres ex *Aristotelis* doctrina<sup>z</sup>) habeantur *causæ*, *natura doctrina* & *exercitatio*, quarum primæ tantum temperamentum adnumerari possit; Et cur *brutis*? cur *plantis*, cum æquè ac homo gaudeant temperamento, non insunt *mores*, o)? si illud morum adæqvata causa est.

λ) Galen. lib. quod an. mores corp. temperam. sequantur. Impr. c. 4. 5. 8. & cap. II. Ubi objectionem illam solvit: Cur improbi homines damnentur, & laudantur probi, si animi mores temper. corporis sequantur. Huic pollicem presert Cardanus l. 12. de subtil. fol. m. 377. quem propterea strinxit Scaliger. Exerc. 274. p. m. 787. 788. Si mores inquit, à temperam. cum Galeno ducere conabere, faciliè objectionum multitudine obrueris. u) In Phil. Moral. grad. I. c. 29. 30. p. m. 126. seq. ubi contra Galenum solidè disputat. v) Vid. Piccolom l. c. c. 30. p. 127. Ubi veriorem sententiam continè tractat. z) Arist. l. 2. Eth. Nicom. c. 1. l. 2. Eudem. c. 2. l. 7. Polit. c. 14. Homines sunt probi, natura, ratione & assuetudine & cap. 17. Omnis ars & disciplina implere vult id, quod deest nature. o) Eustrat. ap. Piccolom. l. c. p. 129. mores propriè soli conveniunt homini, quia veri mores non sunt à ratione sejuncti.

§. 4. Quantum vero ad *ingenii* humani *vires*, vel excitandas & intendendas, vel imminuendas etiam & extinguendas, faciat temperamentum, pluribus edocemur, & *rationibus* & *experientiis* π). Cum enim in homine intellectus functiones suas non sine *Phantasiæ* obeat opera, & hæc multum à corporis etiam alieni qualitatibus patiat, consequens omninò est, diversimodè etiam à temperamento tanquam qualitate interna & corporis propria, eandem affici & disponi e). Et quicquid sanè in diversis hominibus vel populis etiam diversis ad ingenii nobilitatem, ejusve abjectionem conferunt *natalitia sidera*, σ), quid *celi climata*, regionum & *locorum situs* τ), quid *progenitorum indoles* υ), *alimentorum usus* φ), id omne temperamentum excipere videtur, & corpori tanquam causa proxima elargiri.

π) Vide Connimbr. Com. in. l. 2. de Gen & Corr. q. 4. a. I. p. m. 459 seq. Zänard. l. 1. s. 2. a. in Phys. q. 46. p. m. 110. seq. & Lib. de Univ. Parr. mixt. q. 1. 2. 3. seq. prolixè e) Arist. l. 2. de part. anim. c. 4. & lib. 2. de an. c. 9. t. 94. duri Carne inepti mente, molles autem carne apti. σ) Videantur Astrologi, quibus adstipulatur D. Thomas l. cont. Gent. c. 48. τ) Plinius l. 2. Nat.

E 3

Lij



Nat. hist. c. 79. exemplis probat, quarto & quinto climati subjectos, ad disciplinas capiendas &c. esse aptiores. Junge Alex. ab Alexandr. l. 4. Genial. dier. c. 13. Platonem l. 8. de Rep. & alibi. Galen. libro. Quod mor. an. Temp. seq. c. 8. p. m. 1227. Hippocrat. Lib. de aere, locis & aq. p. m. 7. 8. seq. Arist. l. 7. Pol. c. 7. & in Problem. Sect. 14. probl. 8. & 15. v) Vid. Arist. l. 1. Pol. c. 4. & l. 1. Rhet. c. 9. Expende Horatii l. IV. Carm. od. 4. Fortes creantur fortibus & bonis &c. φ) Evolve hic Galen. lib. de Cibis boni & mali succi. c. 1. 2. seq. Plin. l. XI. Nat. hist. c. 37 Et quam noceant voluptates corporis ingenio, innuit Horat. l. 2. Serm. Sat 2. docet Arist. l. 7. Eth. c. 9. Et rationes subjicit & diducit D. Thomas 2. 2. q. 15. a. 3.

### THESIS VIII.

**AFFECTIO** Temperamenti est, recipere magis & minus, & exinde orta ejus alteratio & mutatio.

<sup>En 9015</sup>

§. 1. Enim verò, cum temperamentum sit *qualitas, qualitatis* merito retinet *proprietaem*, ut *recipiat magis & minus*, nunc secundum aliquot gradus *intendatur*, nunc *remittatur*. Et certè ubi recordamur ex qualitatibus contrariis temperamentum coivisse, illarumque in sese retinuisse vires, non unam reperimus *causas*, propter quas illud, secundum alias qualitates intendi, secundum alias remitti, & sic alterari & mutari possit. Et licet in corporibus homogeneis inanimatis, ob continuatam eorundem *durationem*, illa temperamenti *alteratio & mutatio minus frequens* sit, & deprehendatur; In heterogeneis tamen & sensuum *fide*, & exemplorum *inductione* cognoscimus abundè, non tantum à *cæli positu & influxu*, *studerumque adspectu*, sed ab *aère etiam alimentis, etate, exercitatione, somno vigilia, animi παθησας* &c. temperamentum multoties variari ac mutari x).

x) Vid. impr. Heurn. l. 2. Inst. Med. c. 7. p. m. 50. ex Hippocrate & Galeno egregiè differentem. Wechtler. l. c. diff. 7. p. m. 165. Nec non Henric. Regium l. 5. Phil. Nat. p. m. 434. seq.

§. 2. Quid *cælum & caelestia* hic valeant *corpora*, id alii, sub alio cæli climate, herbarum atque animalium *proventus, alia*, vel etiam sub eodem climate, ex alio astrorum *aspectu & influxu*, eorundem vires, *virtutes & accidentia alia*, abundè testantur & demonstrant ψ).

ψ) Prolixus in eo ostendendo est Galen. l. 2. de Temp. c. 10. 11. 12. p. m. 70. seq. Vid. Avicen. l. I. de Univ. Reb. Med. Fen. I. doct. 3. p. m. 8.

§. 3. Quan-



3.  
§. 3. *Quantò verò magis corporibus hisce sese insinuant aër & alimenta, tantò etiam pro diversitate sua, alterant & à statu suo temperamentum dimovent frequentius* ω); Hæc enim omninò videtur esse causa, quod in solo & sub sole alio, aliæ herbæ atq; animalia alia, *vel planè non proveniant* α), *vel ubi transplantentur, aut crescant ægriùs, aut qualitates induant aliàs* β), *aut justo citiùs deleantur*; Et quem præterit, *quantoperè ob aëris, per vernum æstivum, autumnale & hiemale tempus, vicissitudinem, & alimenti mutationem, corpora plantarum æqvè, ac animalium alterari, & nunc calidiora, nunc frigidiora, nunc humidiora, nunc sicciora, nunc florida & vegeta, nunc flaccida & languida existere soleant* δ).

ω) Vide Galenum l. 2. de Temp. c. 3. p. m. 64. seq. & l. 3. c. 4. p. 93. Avicenn. l. c. & in Cantic. tract. 1. §. 24. Ubi in specie de Hom. Complex. egregia. Evolve quoque Zanard. part. 2. Univ. Elem. q. 57. p. m. 124. & Lib. de Hom. sive Univ. Parr. Mixt. q. 9. 10. 11. 12. p. 44. seq. aliosq; imprimis Medicos;

α) Schænantus tantum crescere dicitur in Arabia; Radix China in China, auricula Jade in sambuco. Vide Rattray in Adit. Nov. ad ocul. qual. p. m. 63. quæquam ille ex alio disputet principio. β) Herbæ cordiales ap. cavernas serpentum & busonum venenatæ fiunt. Kermes & Isatis sylvatica super ferri fodinas crescentes redolent ejusdem naturam, præservant & corroborant magnetem æq; ac ferrum. Idem Rattray. ibid. γ) Sic Hibernia non fert animalia venenata. Vide alia ap. Eundem l. c. p. 64. & alibi. δ) Vid. Zanard. l. c. de Parr. Mixt. q. 20. p. m. 114. seq.

§. 4. Et cur Homines qui aëre utuntur puro, lucido & benigno, cibo quoque atq; potu convenienti, optimè sunt sani, alacres, fortes, ingeniosi & subtiles? Infirmi contra somnolenti pigri, hebetes & crassissimi, qui cum alimentis crassioribus, aërem quoque depascunt turbidum, grossum atq; malignum? Quæ hic subest causæ? nulla profectò alia, quàm quod ab alio aëre atq; alimento alerentur, vel alii generentur spiritus, qui totius deinceps immutant hominis temperamentum ε). Et cui conscius non est peregrinos in peregrinis & exteris regionibus, ob aërem cibumque insolitum, morbi sæpè mortisque periculum incurrere ζ).

ε) Prolixus in eo ostendendo est Zanard. l. 1. c. c. uberiùs Medici passim. Vid. interim Rodericum à Veiga in Com. de Febr. diff. c. 1. p. m. 498. ζ) Consule experientiam & Rattray l. c. p. m. 61. aliosque.

§. 5. Quam quoque habeant ætates, earumque differentie ad temperamentum alterandum & immutandum vim, Medici η) pariter ac Philosophi θ) docuisse videntur, quando singulis ætatibus  
lingu-



singula temperamenta adsignarunt. Nisi ob *naturalem* potius  
temperamenti *durationem* vel *mutationem*, vitam viventium in  
certas ætates tributam esse, cum *Kypero* <sup>1)</sup> aliisq; quis maluerit.

<sup>n)</sup> Vid. Galen. l. 2. de Temp. c. 6. 7. p. m. 64. seq. Vid. Citeriores plerosq; Sen-  
nert. l. 1. Inst. c. 4. p. m. 28. Fernel. l. 3. Physiol. c. 10. p. 76. Et impr.  
Hofman. l. 2. Inst. Med. c. 8. p. m. 41. seq. 9) Sic Physici etiam non pauci.  
Vid. Colleg. Connimbr. l. sep. c. q. 6. a. 1. p. 467. Zanard. In Phys. q. 56.  
p. m. 123. <sup>i)</sup> Tom. 2. Instit. Phys. l. 6. c. 6. p. m. 271. 272. Neq; illud obscure  
effatur Avicenna. In Cantic. Tract. 1. §. 32. p. m. 1059. Animal, inquit per  
complexionem suam diversificatur in ætatibus.

§. 6. Quid verò in animalibus & in homine præcipuè ad tempe-  
ramenti alteratione & mutatione cõferat *exercitatio*? Quid *somnus*  
& *vigilia*? quid *animi παθήματα*? &c. ubertim Medicorum Schola  
<sup>κ)</sup> docent, & à Zanardo <sup>λ)</sup> non infimæ cavet Philosopho, exposi-  
tum est prolixè; Quorsum etiam B. Lect. brevitas ergò nunc re-  
mittimus.

<sup>κ)</sup> Medicis namq; uti aër & alimenta, ita etiam somnus & vigilia, motus  
& quies, excreta & retenta, causæ intemperie & non-naturales audiunt,  
Vid. experient. Sennert. l. Inst. Med. part. 2. l. c. 2. p. m. 196. seq. & cap. 10.  
II. 12. aliiq; <sup>λ)</sup> loc. sup. cit. q. 58. p. m. 124. Lib. de Univ. Parv. mixt.  
q. 12. 14. 15. 16. 20. Ubi prolixè & concinnè.

§. 7. Si verò in ullo heterogenei alio, in hominis sanè tempera-  
mento (quòddicta paulò ante comprobant) vires suas adductæ  
hactenùs causæ, quàm maximè intendunt & exerunt, in tantum  
quoq; ut nec ipsum *Merentissimi SERVATORIS NOSTRI* tem-  
peramentum, quod in Sanctissimo suo corpore habuit præstan-  
tissimum, omnis notabilis mutationis iccirco fuerit expers, quin  
imò vel cum ætatibus, quanquam cuiq; ætati obtinuit convenien-  
tissimum, illius subivit etiam mutationem: Etsi absq; omni resi-  
stentia, natura qualitatum (quas ejusdem speciei cum nostris  
habuit) sibi fuisset relicta, credunt Doctores <sup>μ)</sup>, in senium quoq; ac  
*dissolutionem* naturalem illud tandem inclinasse.

<sup>μ)</sup> Cum Thoma part. 3. q. 14. a. 4. Connimbr. l. 2. q. 2. a. 1. p. m. 443. alii-  
que docent communiter: Qualitates illos cum finitam habuerint resistentiam,  
ab externis causis præsertim vehementioribus, ad ægritudinem inflecti potuisse.  
Vid. Wechtlerum l. sep. c. Diffic. 8. p. m. 166. 167. qui curiosius hac & pro-  
lixius persequitur.

§. 8. Nullam tamen videntur nisi fortè ex diurni & nocturni  
*temporis varietate*, temperamenti mutationem perpesi esse, primi  
nostri



3.

nostri generis parentes aut perpeſſuri fuiſſe, ſi ſine peccati ſabe  
primum innocentiae ſtatum integrum ſervaffent,). *Situs* namq; pa-  
radyſi optimus, aër ſolis ſolique benignitate, florum atq; herba-  
rum fragantia ſaluberrimus, *alimenta* virtute vitalis poni condita  
*ſuaviſſima*, *appetitus* in omni actione & negotio, motu & quiete  
*ordinatiſſimus*, non potuit non, & juventutis florem, & juſtiſſi-  
mam in iis qualitatibus ſymmetriam, *ſine inſigni mutatione* conſer-  
vare quam diutiſſimè; Omnino autem *invariabile* per omnem  
aeternitatem extitutum videtur, *corporum glorioſorum* temperam.  
Idq; partim ex eo, quod 1) *nulla cauſarum* temperamenta noſtra in  
his terris infeſtantium & immutantium, ibi ſit affutura, partim  
etiam 2) quod *impasſibilitatis* dote illud ipſorum temperamen-  
tum ſtabilitum iri & conſervatum credatur perpetim  $\xi$ ).

1) *Vid.* Connimbr. l. c. p. 446. *Prolixè* hic iterum Wechtler. l. c. p. 167.  
Euſtach. à S. Paul. l. c. q. 1, 8.  $\xi$ ) *Evolve* hic Scholaſticos D. Thomam  
part. I. q. 98. a. 1. Paludan diſt. 4. q. 2. alioſq; & Connimbr. l. c. *Vocant* a.  
impasſibilitatis dotem, qualitatem illam, quae corporibus glorioſis inherens,  
ea ſupra naturae vim ab omni noxa defendit, & ne quae in iis varietas circa  
qualitates primas accidere poſſit, impedit.

#### THESIS IX.

COGNATA temperamento ſunt ſuo modo *mixtio* u), *In ex. d.*  
*ſimplex generatio* x), *concoctio* y), ejuſq; ſpecies *maturatio*, *eli-* u) §. 1.  
*xatio*, *aſſatio*; Sunt tamen *haec eadem* ab eodem etiam DI- x) §. 2.  
VERSA z). y) §. 3.  
z) §. 4.

#### Ex. d. c. 1.

§. 1. Pariter namq; ac in temperamento qualitates primae, ſe-  
cundum actionem & paſſionem, unionem & proportionalem contempe-  
rationem; ita in ipſa etiam mixtione ſimplici generatione, concocti-  
one & c. eadem attenduntur. Cur enim *Philoſophus* miſſibilitium re-  
quirat & alterationem o) & contrarietatem  $\pi$ ), niſi quod (uti ipſe et-  
iam tradit alibi) miſcibilia, ſecundum elementares qualitates  
in ſe invicem agant & patiantur e). Et ubi viribus quodammodo  
aequalibus, ita eadem concurrere, & in ſe invicem agere tradit,  
ne unum alteri ſimpliciter praedominetur, aut ſeſe invicem cor-  
rumpant, ſed medium aliquod mixtum producant o), ſatis perſpicue  
qualitatum etiam in mixtione proportionem inculcat. Imò ipſe  
*miſcibilis* atque *negotiosus* cognationem non invitus agnoſcit atq; innuit,  
quando utramq; compositioni opponit r).

D

o) *Ariſt.*





o) Arist. l. 1. de Gen. & Corr. c. 10. t. 80. w) Vid. Arist. l. c. t. 90. p) Quod expressè etiam habet l. c. t. 87. 88. q) l. c. t. 89. 90. & lib. 2. de Gen. & Corr. c. 7. t. 47. 48. Evolve hic Archang. Mercen. in Dilucid. p. m. 176. seq. r) Vide Arist. l. 1. de Gen. t. 86.

§) 2. Quàm vero cognata sit temperamento generatio simplex, ipse quoque noster, nos erudiisse putetur Philosophus J, quando eandem primum statuit virtutum & qualitarum elementarium opus, & à qualitatibus illis, eam quoque definit.

v) Vid. Arist. l. 4. Meteor. c. 1. Ubi ipsi nihil est aliud, quàm mutatio, unio & terminatio passivarum qualitarum humidi & sicci, facta ab activis qualitatibus calido & frigido. Ita clarioribus verbis reddidit eam Archang. Mercen. l. c. p. m. 257. 258. seq.

§. 3. Contiguas cū generatione species concoctione, ejusque maturat. elixationem & assationem, vocat Aristotelis φ), utpote quæ perinde ac generatio primarum illarum activarum & passivarum qualitarum opera ac ope perficiuntur. Quicquid enim in concoctione, maturatione &c. humidi abundat, calor naturalis & internus, adjuvante subinde extrinseco absumit & subigit, quicquid exuperat sicci, humiditate contemperat, & ad justam proportionem reducit x). Quia itaque cognatione cum suis speciebus concoctio quoque temperamento sit juncta, constabit cuique.

φ) Lib. 4. Meteor. c. 2. τὰ ἐχόμενα ἰδίᾳ vocat, quia quod generatum est, subicit, perfectum est atque factum, cum concoctum fuerit. φ) Vide Arist. l. c. Ubi concoctionis definitio, quam iterum dextere & erudite exponit Mercen. l. c. p. m. 321. seq. junge c. 3. Arist. l. c. & Senguerd. In Exerc. Phys. Exer. 48. p. m. 195. seq.

§. 4. DIVERSA verò hæc eadem à temperamento esse, quæ eisdem COGNATA hætenus probavimus, pluribus ut impræsentiarum ostendamus, neque opus esse ducimus, neque instituti permittit ratio. Cuique enim perspectum erit, in mixtione, generatione & concoctione, non æquè qualitarum in abstracto, quàm qualitarum in concreto, justam unionem & proportionatam contemperatorem spectari ψ); Id quod in temperamento secus est. Et quantum in mixtione, non tamen in generatione & concoctione talis datur qualitarum passivarum reactio, qualis in temperamenti constitutione statuenda est, & reperitur ω).

ψ) Hinc Philosophus l. 4. Meteor. c. 1. 2. & alibi, in concreto loqui amat; Hofman. l. 2. Inst. Med. f. 2. c. 3. p. m. 26. & impr. in Aberrat. p. 29. cum aliis mixtionem à temperamento ita distingui docet, quod illa sit elementorum pro-



propria; Hæc vero qualitatibus. Improbatur nihilominus illud Fernel. in Inst. l. 3. Physiol. c. 1. p. m. 65. cuius differentiam aliam videtur ibidem. α) Concurrunt scilicet humidum & siccum tanquam materia in generatione, uti patet ex Arist. l. c. l. 4. Meteor. c. 1. 2. cui dominatur calidum & frigidum. Materia autem tantum patitur & non reagit ex Lib. 1. de Gen. & Corr. c. 7. t. 55. & l. 2. c. 9. t. 53.

### THESIS X.

DIVIDI verò temperamentum commodè potest vel in respectu ad se, vel in respectu ad aliud. 1) In respectu ad se ipsum, & quidem ratione contemperationis & unitio- nis qualitatibus elementarium est vel ad pondus a), vel ad justitiã b); Et hoc iterum vel simplex vel compositum c). 2) In respectu verò ad aliud dividitur, vel α) ratione originis, in temperamentum innatum sive insitum, & influens sive ad- scititium d); vel β) ratione subjecti, in totale & partiale; vel γ) ratione operationis aut sensibilitatis, in actuale & po- tentiale e).

In Ex. 9.

a) § 1. 2. 3.

b) § 5.

c) § 6. 7.

d) § 8.

e) § 9.

Ex. 9. 15.

§. 1. Celebris est, & hactenus inviolata temperamenti distribu- tio α), quã aliud ad pondus, aliud ad justitiã esse dicitur. Illam verò ut salvam tueamur, necesse est, contra Fortunat. Plempium β) ab initio statim negemus: Temperamentum ad pondus, non posse temperamentum quoque simul esse ad justitiã. Est autem Tempera- mentum ad pondus in quo primæ qualitates æquis & æqualibus o- mninò viribus contemperatæ sunt & unitæ, ita ut nulla earum ex- cedat, nulla deficiat, sed in æquilibrio quasi persistant atq; pendeant omnes γ). Hinc etiam ob præcisam illam & accuratissimam quali- tatum æqualitatem, temperamentum arithmetica proportionis δ), ἐ- κραιτον, οὐµµετρον ε), ἀξίον πάντων ἐκκρατάτατον ἢ οὐµµετροτάτατον ζ), temperatif- simum medium, temperamentum uniforme ζ), ἰσώσταλον η), anaticum θ) & c. adpellatur.

α) Galeno, Avicennæ Aliisq; Medicis pariter ac Philosophis usitata β). Lib. 2. Fund. Med. s. 2. c. 4. p. m. 43. γ) In hunc modum describant pleriq; Vide Avicen. l. 1. de Reb. Univ. Med. Fen. 1. doct. 3. p. m. 8. Divortium a. hic fecisse culpatur Gardinius à Plemp. l. c. p. 4. 3. & Substantiæ propugna- tores, quos perstringit Riverius l. 1. Inst. Med. s. 2. c. 3. p. m. 18. Qualita- tes motrices hic etiam requirit Wechtler. l. 1. diff. 6. p. 165. & Abra D. Raton. in Phys. p. m. 193. sed sine causa. δ) Vide hic præcipue Piccolom. l. 2. c. 1. p. m. 193. sed sine causa. δ) Vide hic præcipue Piccolom. l. 2. c. 1. p. m. 193. sed sine causa.

D 2

de

l. 10





de mixt. c. 15. p. 1238. River. l. 1. Inst. Med. s. 2. c. 3. p. 18. Hofman. l. sep. c. p. m. 26. s) Galeno l. 1. de Temp. c. 3. 6. 8. l. 2. c. 1. & passim, ut ex eo Fernel. l. c. c. 4. p. 69. aliq; 2) Connimbr. l. c. a. 2. p. 444. seq. Zanard. l. c. p. 107. 7) Horst. l. 2. Inst. Phys. s. 2. c. 5. p. m. 118. 8) Sic Alstedio audit l. c. p. 455.

§. 2. Magna equidem est ab una parte *Autorum* caterva, qui temperamentum hoc ad pondus in rerum natura impossibile esse, idq; non nisi in cogitatione & imaginatione existere dicunt. Ab altera tamen parte non minor existit eorum numerus, qui in contrarium & possibilitatem & existentiam adstruunt, & suis rationibus propugnant \*).

1) Avicenna l. sep. c. p. m. 7. Averroës 2. Colliget. c. 22. & 1. Cant. tr. 1. & cum Arabibus aliis Timplerus p. m. 389. D. Thomas in 2. dist. 19. q. un. a. 4. & in 3. dist. 16. q. 1. a. 1. Conciliator Differ. 18. Levin; Lemnius l. 1. de Complex. c. 5. p. m. 133. Heurnius l. 2. Inst. Med. c. 2. p. m. 22. cui ut & aliis Polycleti statua est ad quam veluti canonem plastæ & pictores collineare solent. Riverius l. 1. Inst. Med. s. 2. c. 3. p. m. 18. ut ideam perfecti temperamenti constitutam fuisse, & regulam reliquorum, ut Plato perfectam Remp. Cicero Oratorem, & Stoici Sapientiam descripserunt? It. Caspar Hofmannus l. 2. Inst. Med. s. 2. c. 3. p. 26. seq. & c. 6. p. 38. & Clariss. Sperlingius l. sup. cit. q. 4. p. m. 1057. aliqve. 2) Galenus Lib. 1. de Temp. c. 3. 4. & 6. p. m. 39. seq. qui veteres quod illud neglexerint, refutat fustissime. Garbuis in Summa Tract. 2. q. 5. Marsilius in lib. 2. de Gen. q. 15. Toletus Com. in l. 2. de Gen. & Corr. q. XI. p. m. 329. Connimbr. Com. in l. c. Arist. q. 1. a. 2. p. m. 448. seq. Mercenar. in Dilucid. p. m. 193. Piccolom. l. de mixt. c. 16. p. 1241. Abra de Racon' Disp. 4. de Mixt. s. 2. q. 2. p. 198. Burgerlic. in Idea Phil. Nat. Disp. 14. p. m. 55. Senguerdus l. 3. Intr. Phys. c. 6. p. m. 296. Fuchsius l. 1. Inst. Med. s. 3. c. 1. Fernel. in Inst. l. 3. Phys. c. 4. p. m. 69. Plempius l. sep. c. p. m. 43. seq. Wechtler. l. 1. de Hom. Or. & Occid. Disp. 7. Diff. 6. p. m. 165. & diff. 9. p. 167. aliq; plures.

§ 3. Neq; enim 1) repugnare illud videtur, vel *natura communi*, vel *proprie*. Non illi quippe quæ universi perfectionem & graduum omnium plenitudinem ubiq; expedit & intendit; non huic, quia 1) si calor servatur cū intensiori & remissiori frigore, servari omnino etiam poterit *cum equali*, & similiter humidum & siccum; Deinde 2) cum temperamenta accipiant magis & minus, fieri omnino necesse est, ut dum qualitates intensiores remittuntur & remissiores intenduntur, *per medium æquale* fiat transitus 2). Et cum 3) in transmutationibus omne id, per quod fit transitus, terminus ad quem transmutationis esse possit *mediū* quoq; *æquale*, per quod temperamenti fit transmutatio, terminus ad quem esse, & qualitatum gradus in



3.  
in æquilibrium retinere potest; Et 4) credi vix potest, naturam, quæ rerum omnium quæ fieri possunt est fecundissima, in hujus temperamenti, quod omnino possibile est, elaboratione defecisse, vel suâ culpâ fuisse segnem).

a) Vid. hic impr. Piccolom. l. de mixt. c. 15. p. m. 1238. Sengverd. l. 3. Intro. Phys. c. 6. p. m. 296. Abra de Racon. l. c. p. m. 168. Plempl. l. c. p. 43. & Wechtler. l. c. p. 167. µ) Junge hic cum Piccolom. l. c. c. 16. p. 1241. Tolet. Com. in l. 2. de Gen. & Corr. c. 8. quest. XI. p. m. 329. β. 330.

§. 4. Et licet Alstedius µ) hic non proberetur, aliiq; qui corporibus celestibus (quorum tamen nullum ξ) est), Protoplastis integris, & CHRISTO SERVATORI NOSTRO ο) (quibus id rectius quod ad justitiam est cum aliqua excellentia adscribitur π) temperamentū ad pondus tribuere sunt ausi; Neq; applausum nostrum mereatur Janus Huartus, Medicus Hispanus ε), dum illius exemplum, sed unicū tantū & solum in sympatriota aliquo suo, se invenisse gloriatur Ab illorum tamen sententia non absterremur penitus, qui in corporibus mixtis tum homogeneis, tum heterogeneis, & in illis quidē verisimilius σ) modò nō actu in auro datur τ), dari posse; In his verò si 1) non innatum & permanens, influxum tamen & ad instans υ); 2) si non totale & in toto corpore, partiale tñ. & in aliqua parte φ); Et denique 3) si non per se & indivisum, aggregatum ζ) tamen & per accidens, reperiri statuunt.

υ) Lib. VII. Encyclop. part. 3. Phys. c. 2. p. m. 455. ξ) Retrospecte ad Thef. V. §. 6. ο) Cornæus Jesuita in Curric. Philos. Tr. 7. q. 1. dub. 1 p. 114. qui B. Virginem his etiam adnumerat. Non aliud videtur Æschacio Majori in Scrut. Ingen. cap. 17. p. m. 548. seq. π) Hoc malunt Connimbr. l. sec. c. p. m. 446. Eustach. à S. Paul. l. c. p. 138. aliiq; ε) Cujus interpres Latinus essit Laud. Æschac. Major, in Scrutin. Ingen. c. 17. p. 521. Ubi ex Galeno l. 2. de sanit. sed vix rectè intellecto, pluribus ex Græcia oriundis, ut Socrati, Platoni, Aristoteli, Hippocrati, Galeno ipso, aliisq; Temperamentum hoc ad pondus simul tribuit. σ) Expressè & egregiè id docet Galen. l. 1. de Temp. c. 6. p. 47. Ubi simul quæ ratione hominis, stirpis & c. Temper. dici possit évγερον exponit. Junge ei plerosq; supra §. 2. cit. & impr. Sennert, in Sc. Phys. l. 3. c. 4. p. 285. qui timoris tamen hic arguitur ab Hofman. l. c. p. 29. Sengverd. l. c. p. 296. τ) Quod tutò cum suis Chymicis adserit Alsted. l. c. υ) Quod rationes in §. 2. & 3. præced. videntur probare, & statuitur impr. Abre de Racon. in Phys. Diss. 4. q. 2. p. 169. Mercen. l. c. p. 193. Plempl. l. c. p. 43. Fernel. l. c. c. 4. p. 64. c. 7. p. 97. 69, qui largiùs tamen paululum loquitur. Jung. Connimbr. l. c. p. 448. seq. φ) De cute hominis ita Galenus l. 1. de Temp. c. 9. p. 53: Cutis omnium extremorum, calidi, frigidi, humidis, siccis, verè media, maximèq; quæ est in manu, (specialiùs in extremita-

Libro

D 3



mitatibus digitorum alii). Hec enim (rationem subiecit) omnium sensibilibus norma futura est, quæ de causa ipsam ab omnibus extremis - paribus abesse intervallo oportuit. Nimirum quantum ex eo confirmatur Fernel. l. c. c. 5. p. 66. seq. aliq. Clariss. quidē Sennert. l. c. p. 26. cum Avicenna l. c. p. 7. aliisq. ex dicto Galeni loco cutem comparatē temperatissimam evincere conantur; sed renuere videtur Galenus, dum non solum omnium hominis partium, sed etiam universæ quæ generationi & corruptioni subiecit substantiæ, mediam esse exprimit. 2) Vid. impr. Fernel. l. c. c. 7. p. 67. Wechtler. l. c. diff. 9. p. 167. & ap. Tolet. l. c. p. m. 330. alios.

§ 5. Temperamentum ad justitiam est, in quo qualitates non æqualibus quidem viribus coiere, illam tamen inter se proportionem obtinent, quam ad suas operationes natura mixti maximè expostulat ψ). Et hinc etiam dicitur Temperamentum difforme ω) inæquale α), temperatum κατὰ τὴν β), ὁμογενος, intemperatum γ); Et cum in sua qualitatū inæqualitate, cuiq. tamen mixto sit congruum, Temperam. Geometrica proportionis δ), ἑυγενος, ὁμομεγερον in suo genere ε), nominatur.

ψ) Hoc dari probat operosè Wechtler. l. c. diff. 7. p. 561. in descriptione Autorum vix est dissensus, nisi quem facit Gardinius ap. Plemp. l. c. p. 43. β. qui cum aliis hoc strictius etiam capit. Vid. Eustach. à S. Paul. l. c. p. m. 138. ω) Ita Connimbr. l. c. p. 444. Zanard. l. c. q. 43. p. 107. aliq. α) Cum Galeno de Temp. passim, Plemp. l. c. Connimbr. l. c. β) Horst. l. c. p. 118. γ) Sic præter cit. Fernel. l. c. c. 4. p. 69. Sennert. l. c. p. m. 17. Qui sallicitè hic monent rō intemperatum dextrè esse accipiendum. Hinc Galen. l. c. c. 8. p. 51. ἐκ ἑυγενος non temperatas appellare mavult. δ) Vid. Piccol. l. c. p. 1243. Hofman. l. c. p. m. 26. River. l. c. p. 19. & Arriaga Disp. 4. de Gen. s. 7. n. 148. p. 59. est conforme, inquit, exigentiæ mixti. ε) cum Galeno l. c. Fernel. Heurn. l. c. p. 22.

§ 6. Cum verò in illo inæquali qualitatū concursu vel una excedit cæteras & vincit, vel dua duas ζ), commodè hinc à Galeno η) temperamentum hoc iterum in simplex & compositum est divisum; Ita ut simplex sit, ubi una qualitas sibi contrariam vincit, reliquis binis æqualitatem inter se servantibus θ) Compositum verò ubi duæ qualitates compatibles, duas sibi contrarias sub jugum suū redegerunt. Quatuor proinde exsurgunt utriusq. species: Simplex enim pro numero 4. qualitatū 1. calidum est ubi calor, 1. frigidum ubi frigus, 1. humidum ubi humiditas, vel siccum ubi siccitas dominatur & gubernat ι). Et sic etiam compositum, propter possibiles primarum qualitatū combinationes est quatruxplex: 1) calidum & humidum, quod uno nomine æreum, 2) calidum & siccum quod igneum, 3) frigidum & humidum, quod aqueum, 4) frigidum & siccum, quod



3  
quod terreum appellatur λ); In animalibus a. primum sanguineum  
audit, secundum cholericum, tertium phlegmaticum, quartum melancholicum μ).

ξ) Heurn. l. c. c. 2. p. 24. Tribus excellere non licet. η) Lib. 1. de Temp. c. 8. p. 51.  
Ubi τέτταρας ὁπλάς, τέτταρας συνδέτως vocat, & cum ipso pleriq; Vide Avi-  
cen. l. c. p. 9. River. l. c. p. 16. θ) Aberrat hic cum nonnullis Arabibus Tim-  
plerus l. 4. Phil. Nat. c. 7. q. 2. p. m. 590. quod unam tantum qualitatem in sim-  
plici Temp. requirunt, & Galenicis cum ig. El. impugnant. Vid. Excell. Sen-  
nert. l. 1. Inst. Med. c. 4. p. 18. seq. qui ex Galeni l. 1. de Temp. c. 8. id diducit.  
ι) An recte temp. cum qualitas sit, calidum, frigidum, & c. dicatur, disputat  
contra nonnullos Plempl. l. c. p. m. 44. Sed jam suo tempore rem decidit Gale-  
nus l. c. c. 1. 6. & impr. c. 7. κ) Duæ combinationes, calidum sc. & humidum  
frigidum & siccum, & ante & post Galenum in dubium fuerunt vocata, Vide  
præter ipsum Galen. l. c. c. 2. 3. Excell. Sennert. l. c. p. 18. Fernel. l. c. p. 68.  
λ) Vid. Scharf. l. c. p. m. 715. Senguerd. l. c. p. 299. μ) Has temperamenti deno-  
minationes disputat Fernel. l. c. 1. XI. p. m. 78. Sed refutatur ab Exper. Senn.  
l. c. p. m. 22. 23. Plempl. l. c. p. 44. & ab antiquo loquendi usu. Vid. Galen. l. 1.  
de Temp. c. ult. & pen. & l. 3. Progn. Aph. 16. Wechlerus l. sep. c. p. m. 160.  
mavult complexionem dicere, has enim à temperamento distinguit. Sed egre-  
giam hic vide distinctionem ap. Heurn. l. 2. Inst. Med. c. 1. p. m. 21.

§. 7. Rectissime igitur cum Medicorum principe ξ), NOVENM sta-  
tuunt temperamentorum SPECIES, artis istius & Philosophia Filii  
pleriq; ο) Sed ingenuè iterum submonent: Temperamenta tam sim-  
plicia, quam composita cum latitudine graduum, scil. quod nunc  
plures, nunc pauciores prædominantium gradus obtineant, ac-  
cipienda esse π); atq; sic calidum e. g. temperamentum non tan-  
tum esse, quod ad 6. sed etiã quod ad 4. 3. 2. gradus frigus superat,  
& sic in cæteris. Adeoq; si gradualia hæc discrimina attendere vo-  
lueris, non novem tantum habebis temperamenta, sed innumera,  
& tot quidem, quot mixtorum species, quot ipsorum individua ε). Solli-  
cite a. monet Galenus σ), & cum ipso pleriq; τ): Temperamenta tam  
simplicia, quam composita dupliciter spectari, sc. vel absolutè & in se,  
vel comparatè & in respectu ad aliud, neq; temerè cuiquam sophi-  
stæ hinc esse respondendum.

ξ) Galen. l. sep. c. c. 8. p. 51. Temperatum unum, intemperatas octo dicere non  
dubitamus ο). Vide sapius laudatos π). Evolve Avicen. l. c. p. 8. & impr.  
Fernel. l. c. 68. Sennert. l. c. 18. ρ) Vid. præter citatos Schek. Com. in l. 2. A-  
rist. de Ort. & Int. c. 8. p. m. 218. Avicen. l. c: Debes scire, quod omne indivi-  
duum debet habere complexionem sibi solummodo propriam, σ) Lib. 1. de  
Temp. c. X. & imp. XII. p. m. 45. seq. cautè sophistis esse respondendum τ) Vide  
Avicen. l. 1. de Complex. Fen. 1. doct. 3. p. m. 7. River. l. c. Inst. Med. s. 2. c. 2. p.  
m. 17. Heurn. l. 2. Inst. e. p. m. 24. qui prolixè.

§. 8. ALTERA Temperam. DIVISIO est innatum & influxum;



*Illud quoque; audit insitum, statum & firmum; Hoc acquisitum, adscititium, influens & fluxile φ). Est a. innatum, quod a natura in primo ortu cuique mixto datum est; Influxum quod temporis decursu ab agente externo acquisitum est & inductum ψ). Prius se habet instar habitus inveteratis; posterius instar recentis; Illud difficulter; Hoc facillime immutatur ω).*

φ) Communem faciunt plerique; Vide citatos; propriam tamen eam temp. ad pondus fecisse videtur Abra. D' Racon., l. c. p. m. 168. χ) Vid. Clariss. Kyper. l. c. p. m. 158. ψ) Recte hic contra Fernel. l. c. p. m. 75. cum quo fecisse legitur Regius l. 4. Phil. c. 3. p. 237. monet Fortunat. Plem. c. 5. p. 43. Innatum non tm. in duris, nec influxum tm. in mollibus partibus esse: Idem demonstrat Wechtler. l. p. 165. ω) consule Heurn. l. c. c. 7. p. m. 50. seq.

§. 10. Facilis est intellectu TERTIA DIVISIO, Ubi aliud temperam. est totale, aliud parziale; Hoc namque est, quod unicuique parti a natura est tributum; Illud, quod ex partialibus illis conflatum, toti mixto adscribitur α).

α) Vid. pra aliis Plem. l. 2. Fund. Med. s. 2. c. 4. p. m. 43.

§. 11. Et uti antiqua est, sic suo quoque usu commendabilis QUARTA Temp. Divisio, quia aliud actuale est, aliud potentiale β), Et illud quidem definitore Clariss. Kypero γ) quod citra temperati externum adjumentum aut in principia sua resolutionem operatur secundum speciem sibi debitam; Sic e. g. calidum est, quod calefacit, aliaque opera caloris praestat. Hoc vero, quod operationes suas exerit, cum in componentia sua principia resolvitur; Sic piper, vinum &c. calidae temperiei dicuntur, etiam si foris frigidae appareant.

β) Galen. l. 1. c. 9. de Tem. p. 52. κρόσις ἄλλη μὲν ἐστὶ ἐνεργεία, δυνάμει δ' ἄλλη Et l. 3. c. 1. 2. 3. pluribus γ) Loc. cit. p. 265. alterum externum alterum internum dr. Vid. Kyper. l. 5. c. 2. p. m. 152. Rejicit illos merito qui a sensibilitate illa definiunt, ibid.

#### THESIS XI.

Temperamento OPPOSITA est intemperies.

Ex. 1. Uti n. temperamentum qualitates primas in justa proportione ad actiones mixti obeundas necessaria, retinet; Ita intemperies, in qua vel una tres, vel duae duae enormiter excedunt, easque vincunt, illam qualitatum proportionem turbat, a statu suo dimovet, atque sic corpus mixtum, ut amplius suis actionibus rite superesse non possit, reddit ineptum δ); Suntque ejus species, quatuor simplices & quatuor compositae ε).

δ) Galeno l. 1. c. 6. p. 39. dr. δυσκρασία intemperam. Interpr. Avicennae; distemperata complexio. ε) Vid. Galen. l. c. de Temp. c. 8, 9, p. 43. qui ἐνεργεία Temp. nullam intemperiem opponi docet; Quas negent intemperies alii. Vide ap. Gal. l. 2. c. 3, 7, & Senn. l. 2. Inst. p. 1. c. 2, p. 133. Protoplastae a. & SALVATOR optimus nullam in corpore sentire intemperiem, nec sentient BEATI unquam. Vid. D. Thom. 3. q. 14, a. 4, Connimbr. l. c. p. 447 Wechtler. l. c. diff. 8. p. 167, aliique. THESIS XII.

Hominis Temperamentum cognoscitur Visu, Auditu, Tactu, & ex Somniis.


Ex. 1. Visus ex faciei & pilorum coloribus, gestibus, aliisque circumstantiis; Auditus ex hominis loquela & discursibus; TACTUS ex arteriarum pulsu, cutisque qualitatibus &c. sua desumunt argumenta, suaque suppeditat SOMNIA, quibus non infeliciter, an Sanguinem, l. Cholericum, Phlegmaticum, vel Melancholicum sit hominis temperam. dignoscitur. Cum v. uberius hujus & praeced. theses excludat chartarum angustia, & temporis prohibeat ratio, nunc canemus receptui, & finimus.

SOLI DEO GLORIA.



ULB Halle  
003 070 840

3




TA-OL


V077











B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

1662, 20

42  
24

V.  
PHYSICA  
ERA-  
TO,  
Philosophici  
NSI  
subjiciunt  
HILO, Prufs.  
Colleg.  
ssenfelsensis,  
XII.  
C.  
MICHAELIS.

D. m. Xeario

3

210

